

Guido für den nächsten Brief versparen; da er aber wieder dem Bakelfest nicht beiwohnen kann, schickt er Verse dazu:

‘Invitatus autem vestre sollempnitatis ad gaudia, quia scolaribus vinculis irretitus advenire non possum, ne totum deesse me doleam, quibus interesse gauderem, non timui — sed inverecondiam excusat affectus — subnectere carmen et mittere vobis, non quidem viris alcioris intelligentie presentandum, sed in corea lascivie juvenilis, coram gestatore baculi decantandum.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Ades dies optata, sócii:
 Quicquid agant et velint alii,
 Nos coréam ducamus gaudii
 Pro baculo.
 Exultet hodie clerus cum populo.</p> | <p>4. Decet ergo baculi baiulum,
 Tante niti laudis ad cumulum,
 Bene gestis ut emat emulum
 Pro baculo.</p> |
| <p>2. Hoc omnibus unum negotium
 Nobis instat et negat ocium,
 Leticie dans exhercicium
 Pro baculo.</p> | <p>5. Novum dandi genus inventat,
 Petentibus ita subventat,
 Quod petentes dando preventat
 Pro baculo.</p> |
| <p>3. O quam felix, cuius ad gaudia
 Conveniunt de tota Francia
 Referentes ei preconia
 Pro baculo.</p> | <p>6. Dator ille non debet negligi,
 Pro se dona qui magis colligi,
 Quam donando se facit diligi
 Pro baculo.</p> |
7. Cantilenam dilectis sociis
 Guido mittit de Basociis¹,
 Interesse promptus hiis gaudiis,
 Nisi procul esset in studiis
 Pro baculo.

23 (fol. 76) bringt nun wirklich die verheissenen Nachrichten von seinen persönlichen Schicksalen und das Geständnis, dass er in Folge des übertriebenen Aufwandes bei seinem Bakelfest Châlons hatte verlassen müssen; es war also doch nicht allein die tugendhafte Ueberlegung seines inneren Menschen, welche ihn wieder zu den Studien trieb. Er schreibt an seine Freunde und Genossen in Châlons:

‘Quod epistola premissa promisit de statu meo, vobis instantibus ista persolvit. Ut igitur ab exordio rerum ordiar de quibus agitur, ordinem referendi, vel á meo de vestre gremio societatis egressu narrationis iter ingrediari, causas mei discessus á vobis, quas quidem gravis necessitas, seu magis dicere decet gravitas, amministrare necessaria non cessabat, non quas invidia maliciose componit et nobis imponit, vobis ex-

1) h nach c ist ausgekratzt.